	ERRATA	CORRIGE
pag. 76 lin. 23-24	Halitgaria	Halitgario
» 85 » 39	ac	an
» 158 » 13	prima	primo
» 372 » 11	traditioni	traditione
» 381 » 7	plures	plures homilias
» — » 8	dicta	dictas

INDEX

PARS I.

DE POENITENTIA VIRTUTE SECUNDUM SE

THESIS I. *Spectato usu biblico ipsaque rei natura, certum est poenitentiam salutarem, quae in voluntate est, non esse tantum propositum quoddam novae vitae, praescindens a detestatione et dolore anteactae malae vitae, sed essentialiter detestationem simul et dolorem hunc complecti tanquam principium quoddam eiusdem propositi.* . . . . . . pag. 1

THESIS II. *Poenitentia, prout in voluntate exsistit, est virtus.* . . . . . . » 9

THESIS III. *Negari non potest esse aliquam virtutem, quae ex motivo aliquo universali sola detestari possit quaelibet peccata.* . . . . . . » 17

THESIS IV. *Certum est actum poenitentiae formalis, quam Catholica doctrina commendat, determinari posse ex pluribus motivis diversarum virtutum, quae non sint formaliter poenitentia, earum praesertim, quae universales dicuntur.* . . . . . . » 18

THESIS V. *Exstat motivum speciale detestandi peccata, petitum ex ipsa intrinseca natura peccati, quod est offensa et iniuria Dei, qui ius essentialiter habet, ut sibi honor a creatura rationali deferatur, suaque voluntas fiat, quam quidem iniuriam debitum consequitur compensationis seu satisfactionis exhibendae. Quare peccatum, ut offensa Dei est, expiandum per actus quoque, quoad eius fieri potest, ipsius poenitentis, potest esse obiectum poenitentiae formalis. Poenitentia autem huiusmodi est virtus specialis* . . . . . . » 25

THESIS VI. *Obiectum materiale poenitentiae, prout est actus fugae, est primo quodvis peccatum a poenitente commissum, et ex consequenti id, quod in futuro ipse committere potest; non vero peccatum alienum et originale. Prout vero poenitentia est actus prosecutionis in emendationem offensae, obiectum eius materiale sunt ea omnia, quae a poenitente assumi possunt in compensationem iniuriae. Subiectum autem proprium poenitentiae est voluntas.* pag. 33

THESIS VII. *Poenitentia virtus, quae est detestatio peccati, necessaria est necessitate medii pro remissione peccati actualis. Ita autem necessaria est poenitentia, ut si actus perfectae charitatis exsistat, et peccati praeteriti memoria non occurrat, actus caritatis ad iustificationem sufficiat, sed quatenus est etiam poenitentia virtualis seu votum continet poenitentiae. Porro nedum necessitate medii, sed et praecepti necessaria est poenitentia formalis.* . . . . » 38

PARS II.

DE POENITENTIA SACRAMENTO

CAPUT I.

DE POTESTATE A CHRISTO FACTA REMITTENDI FIDELIBUS PECCATA.

THESIS VIII. *Analysi instituta verborum Christi Matth. XVI, 19; XVIII, 18; Ioan. XX, 23, adhibita quoque interpretatione Patrum, constat Christo auctore Ecclesiae factam esse perpetuam potestatem remittendi fidelibus quaelibet peccata.* . . . . » 45

THESIS IX. *Universalis Ecclesiae praxis antiqua fuit exercitium potestatis remittendi fidelibus peccata coram Deo, nullo delinquentium vel criminum genere excluso, sive publico sive occulto.* . . . . » 73

THESIS X. *Ex verbis Christi conferentis potestatem remittendi simul et retinendi peccata, atque ex Ecclesiae antiquae sensu et praxi constat necesse esse ut fideles peccatores ad obtinendam lethalium criminum veniam coram Deo, clavium potestati se subiiciant.* . . . . » 99

THESIS XI. *Quocirca potestas haec collata a Christo Apostolis remittendi et retinendi peccata est potestas praesidis et iudicis.* . . . . pag. 111

CAPUT II.

DE MODO QUO HAEC POTESTAS EXERCETUR

THESIS XII. *Sententia absolutionis est sententia efficax remissionis peccatorum; ideoque sensus huius formulae: Ego te absolvo, non est:* Ego te absolutum ostendo *vel* declaro, *sed sensus est, quem verba ex se praeferunt in significatione practica et efficaci. Quae quidem significatio prout est efficax et practica inest verbis ex institutione divina. Ex eadem quoque institutione est quod per ea verba gratia sanctificans significetur: haec tamen significatio non est directa, sed indirecta.* . . . . » 117

Parergon de forma deprecativa. . . . . » 127

THESIS XIII. *Tum e Sacramenti divina institutione, tum ex Ecclesiae continua praxi atque Apostolicae Sedis decreto constat nullam esse absolutionem Sacramentalem, quae in absentem feratur.* . . . . » 141

THESIS XIV. *Cum quaestio sit inter Theologos utrum actus aliqui poenitentis sint materia ad essentiam Sacramenti poenitentiae spectans, et simul cum absolutione constituant unum totale signum efficax remissionis peccatorum, utrique sententiae suam plus minus competere probabilitatem censemus.* . . . . » 144

Scholion de ritu impositionis manus. . . . . » 159

THESIS XV. *Subiectum capax exercendae potestatis remittendi et retinendi peccata solus est iure divino Sacerdos primi secundique ordinis; falsumque haberi debet, quod quidam sunt commenti, factam aliquando ab Ecclesia Diaconis potestatem sacramentaliter absolvendi.* . . . . » 161

THESIS XVI. *Cum sententia absolutionis, quam Sacerdos profert, sit sententia iudicialis, praeter potestatem ordinis requiritur in Sacerdote potestas iurisdictionis ut valida sit absolutio. Hanc autem potestatem non ex vi ordinationis per characterem sacerdotalem, sed per Ecclesiae concessionem Sacerdotes obtinent.* . . . . » 171

THESIS XVII. *Iurisdictionem hanc ministris inferioribus concessam possunt iure suo limitibus coercere superiores Praelati, Romanus Pontifex pro universa Ecclesia, Episcopus pro sua Dioecesi, per casuum reservationem, quae est restrictio iurisdictionis in subditos, ita ut prorsus invalida reddatur absolutio* . . . . pag. 178

CAPUT III.

DE EFFECTIBUS POENITENTIAE

Commentarium in qq. 86. 87. 88. s. Thomae. . . . . » 182

THESIS XVIII. *Ita remittuntur a Deo peccata ut nullo pacto propter peccatum subsequens redeat reatus culpae et poenae praecedentium peccatorum, quae per gratiam dimissa fuerant* . . . . » 195

THESIS XIX. *Remisso per poenitentiam peccato, opera prius in caritate facta reviviscunt* . . . . » 204

CAPUT IV.

DE ACTIBUS POENITENTIS IN SACRAMENTO POENITENTIAE

ARTICULUS I.

De Contritione

§. I.

De contritione generatim

THESIS XX. *Contritio ad iustificationem necessaria est essentialiter detestatio et dolor peccati commissi et propositum non peccandi de cetero; attamen non est semper necesse ut propositum sit formale et explicitum, sed esse quoque potest virtuale et implicitum* . . . . » 214

THESIS XXI. *Cum multiplex possit ratione habita motivi distingui contritio, ratione habita effectus duplex tantum species contritionis distingui solet,* perfecta *nempe, quae citra Sacramenti realem usum hominem Deo reconciliat, et* imperfecta, *quae sine Sacramento id nequit praestare: eaque* contritio *proprie dicitur, haec proprio nomine* attritio *vocatur. Illa ex amore Dei, haec ex timore poenarum vel desiderio beatitudinis vel turpitudine peccati concipi dicitur* . . . . » 221

§. II.

De efficacia contritionis perfectae.

THESIS XXII. *Actus amoris erga Deum multiplex distingui potest, nimirum amor non formaliter talis, sed materialiter potius, ratione nempe rei volitae: amor, qui sit complacentia quaedam, licet inefficax, divinae bonitatis: amor quasi concupiscentiae seu potius familiaritatis, qui et amor imperfectus amicitiae dici potest, quo diligitur divina bonitas prout bona est diligenti: amor perfectus amicitiae, quo diligitur divina bonitas propter se ipsam, seu quia est in se infinite bona. Hic autem amor amicitiae ut fundamentum supponit Deum amatum esse bonum amanti; eiusque formale motivum non excludit respectum ad Deum amatum ut bonum amanti, quamvis illum sibi subordinet. Porro de hoc amore amicitiae erga Deum affirmamus 1) quod possibilis est: 2) quod ex divina revelatione eius notio hauritur* . . . . pag. 224

THESIS XXIII. *Contritio concepta ex amore perfecto amicitiae, nempe ex dilectione Dei, qui propter se ipsum et super omnia appretiative ametur, peccatorem Deo reconciliat ante Sacramentum actu susceptum* . . . . » 245

THESIS XXIV. *Ut perfecta contritio et caritas iustificet, non postulatur I quaedam certorum graduum intensitas, aut II certi temporis duratio; sed III dummodo sit in sua specie perfecta, iustificat ante Sacramenti susceptionem et quidem semper, non tantum in mortis articulo vel in casu necessitatis, deficiente copia Sacramenti aut accedente martyrio.* » 262

§. III.

De Contritione imperfecta seu attritione.

Status quaestionis. . . . . » 280

THESIS XXV. *Sententia asserens necessitatem contritionis conceptae ex amore Dei propter se super omnia dilecti pro rite suscipiendo Sacramento Poenitentiae, nequit componi cum virtute Sacramenti eiusdem, cuius ex Christi institutione proprius effectus est remissio peccatorum.* . . . » 286

THESIS XXVI. *Praemissa brevi Synopsi historica sententiae veterum Scholasticorum circa efficaciam Sacramenti Poenitentiae, docemus ad plures ex illis perperam ab adversariis provocari ut suam sententiam de necessitate contritionis in Sacramento Poenitentiae tueantur.* . . . . . » 291

THESIS XXVII. *Praemissa notione timoris et attritionis conceptae ex metu gehennae, docemus 1) ineptum esse et absurdum arbitrari quod possit huiusmodi metus cohibere quidem a peccatis externis, non vero internis: 2) falsum prorsus esse quod ea attritio habeat necessario coniunctum motum aliquem voluntatis malum.* . . . . pag. 300

THESIS XXVIII. *Attritio ex timore gehennae concepta talis esse potest, ut voluntatem peccandi positive excludat.* » 311

THESIS XXIX. *Ad Augustini testimonia, quae post Iansenium adversarii in medium proferunt contra doctrinam superius traditam, respondemus 1) ea intellecta in eo sensu, quo contra nos proferuntur ab adversariis, non posse ab iisdem acceptari, nisi iidem subscribere velint propositionibus iam ab Apostolica Sede damnatis: 2) ea testimonia reapse non improbare nisi timorem eum, quem nos dicimus serviliter servilem, idque unum postulare ad bonitatem timoris atque ad excludendam voluntatem peccati ut amor sit iustitiae, h. e. non tantum poena sed et ipsum peccatum odio habeatur, quod in timore simpliciter servili verissime habet locum. Neque alia prorsus est doctrina s. Thomae in II.ª II.ªᵉ q. XIX.* . . . . . . » 316

THESIS XXX. *Attritio ex metu gehennae concepta voluntatem peccandi excludens, cum spe veniae, quod attinet ad dolorem in Sacramenta Poenitentiae necessarium, est dispositio* proxima et sufficiens *ad iustificationem in eodem Sacramento obtinendam: quod ex analysi instituta cap. 4. sess. XIV. Tridentini certitudine theologica colligi potest. Neque ullo pacto huic doctrinae refragatur quod eadem Synodus docet sess. VI. cap. 6.* . . . . » 322

THESIS XXXI. *Neque ex Scripturae testimoniis aut ex indole Novae Legis, quae est lex caritatis, neque ex auctoritate Augustini et Thomae, qui oppositum disertissime docet, neque ex ratione suaderi potest necessitas actus amoris Dei propter se super omnia in suscipiente Sacramentum Poenitentiae.* . . . . » 338

Corollarium de amore initiali. . . . . » 344

THESIS XXXII. *Falsum prorsus est sententiam sufficientiae attritionis ex metu servili in Sacramento fuisse ante Concilium Tridentinum in Ecclesia inauditam, eamque post Concilium efflorescere cepisse. Imo certe e contrario affirmari potest doctrinam, quam adversarii defendunt, quemadmodum ab illis proponitur, non esse antiquam, nec sua origine admodum commendari.* . . . . » 345

Parergon de attritione existimata et de Sacramento informi. pag. 353

ARTICULUS II.

De Confessione

THESIS XXXIII. *Ex institutione Sacramenti Poenitentiae, quemadmodum eam universa Ecclesia semper merito intellexit, sequitur institutam etiam esse a Domino integram peccatorum confessionem, et omnibus post baptismum lapsis ipsam iure divino necessariam exsistere (Trid. Syn. Sess. XIV. cp. 5).* . . . . » 359

THES'S XXXIV. *Ex celebri Nectarii historia adeo nihil colligere possunt haeretici contra catholicum dogma de necessitate confessionis, ut ex ea potius illud magis confirmetur. Neque proficiunt magis haeretici ad s. Ioannem Chrysostomum provocantes, aut ad historiam primorum seculorum, aut tandem ad Scripturas.* . . . . » 373

THESIS XXXV. *Confessio Sacramentalis per se tum publica tum secreta esse potest. A veritate vero aberrant ii, qui contendunt Ecclesiam olim aut praecepisse publicam confessionem criminum occultorum, aut pro quovis peccato mortali publicam poenitentiam imposuisse: imo e contrario traditione catholica docemur ius fidelibus factum a Christo secreto confitendi peccata sua ita ut obligatio sigilli sit de iure divino.* . . . . » 392

ARTICULUS III.

De satisfactione

Praenotanda. . . . . » 404

THESIS XXXVI. *Potest remitti a Deo culpa mortalis, manente debito alicuius poenae temporalis; imo falsum est nunquam culpam a Domino remitti, quin universa etiam poena condonetur.* . . . . » 406

THESIS XXXVII. *Cum poenas Deus extraordinarias decernit luendas in hac vita, potest quandoque homo per alia opera poenalia aut etiam simpliciter per merita et orationes obtinere sibi atque etiam aliis remotionem earum, quandoque vero id non potest seu Deus hanc commutationem non vult acceptare, etsi fructu suo non careant bona opera libere oblata.* . . . . » 418

THESIS XXXVIII. *Pro debito poenae manente post culpam remissam potest iustus in hac vita per bona poenalia libere assumpta, vel poenas a Deo immissas libere acceptatas, condigne satisfacere.* . . . . pag. 421
THESIS XXXIX. *Potest iustus pro alieno quoque debito temporalis poenae satisfacere Deo, satisfactione condigna; etsi Deus non ex iustitia sed ex misericordia eam acceptet, et forte non se ad acceptandum semper obligaverit.* » 428
THESIS XL. *Potest Sacerdos et per se debet poenitenti confesso salutares et convenientes satisfactiones iniungere, quae pars sunt integralis Sacramenti atque ex opere operato exstinguunt debitum poenae eisdem respondentis. Non est autem necesse ut ante absolutionem satisfactio peragatur.* . . . . » 436

APPENDIX DE INDULGENTIIS

PROLOGUS . . . . » 443
§. 1. Conceptus indulgentiae. . . . . » 443
§. 2. De usu antiquo indulgentiarum. . . . . » 452
§. 3. Demonstratio potestatis concedendi indulgentias. . . . » 468
§. 4. De Indulgentiis pro defunctis. . . . . » 478
§. 5. De formulis concessionum indulgentiarum. . . . . . » 482

FRANCISCUS VANNUTELLI

PRAEPOSITUS PROVINCIAE ROMANAE S. I.

Cum librum, cui titulus: *Tractatus de Poenitentia,* a P. Dominico Palmieri nostrae societatis Sacerdote conscriptum aliqui eiusdem societatis Theologi, quibus id commisimus, recognoverint et in lucem edi posse probaverint, facultatem damus ut typis mandetur, si iis ad quos pertinet, ita videbitur.

In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas et sigillo societatis nostrae munitas dedimus.

Romae die 15 Augusti 1879.

L. S.

IMPRIMATUR

Fr. Vincentius Maria Gatti O. P. S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Iulius Lenti Archiep. Siden. Vicesg.

CAPILLA ALFONSINA
U. A. N. L.

Esta publicación deberá ser devuelta antes de la última fecha abajo indicada.

BT800
P3
44995

AUTOR
PALMIERI, Dominico

TITULO
Tractatus de poenitentia quem in collegio romano...